

Anastasius (MANSI XII 1064 E 13 – 1065 B 5) = *PV*
 Vallicellianus (f. 154^v; = *Vall.*)

O insania frementium contra fidem et religionem Christianam, ut asserant non colere aut venerari |² imagines, in quibus figurae sunt salvatoris eiusque genitricis vel sanctorum, quorum virtute subsistit |³ orbis atque potitur humanum genus salute. aenei serpentis inspectione credimus Israeliticum populum |⁴ a calamitate iniecta liberari: Christi Dei nostri et sanctorum effigies aspicientes atque |⁵ venerantes dubitamus salvari? absit tali nefariae temeritati cedere assensum. patrum priscas |⁶ sequamur traditiones et ab eorum doctrina nulla declinemus ratione. at vero et Salomon rex |⁷ in templo, quod aedificavit, cherubim ad gloriam Dei fecisse legimus, et diversis coloribus |⁸ idem adornavit templum. ob hoc quippe nos et omnes orthodoxi ob confessionem fidei nostrae |⁹ et pulchritudinem domus Dei varietatem colorum atque ornamenti picturam adhibemus.

1 insaniam *P* insania + contra (*sic*) *Vall.* 2 figuratae *edd.* salvatoris + effigies *PV edd.* (*sed cf. gr.*) eiusque *Vall.*: et eius *PV* 3 salutem *Vall.* 4 liberari + et *PV edd.* et sanctorum *om. Vall.* 5/6 talibus nefariae temeritatis scelere assensu *Vall.* 6 Salomonem regem *Mansi* 7/8 coloribus ipsum adoravit ut templum *Vall.* ob² *om. Vall.* (*cf. gr.*) confessione *Vall.* 9 Dei] Domini *edd.* Dei + per *Vall.* (*cf. gr.*) varietate *Mansi* ornamentis *edd.* exhibemus *edd.*